
Hac de causa vix fieri potest, ut, cum personae, quorum sexus alios, scilicet osculari, & sepe tam prope accedunt, nulla turpis magis exciteatur in anima, que eam noctum reddit; ut proinde in hac re usurpari licet, quod D. Ambrosius script. lib. 1. c. 1. & lib. 2. & Crimen resultat. Verum quidem est, fideles inter sancta mysteria olim se mutuo amplecti solito fuisse, ut unionem, & charitatem, que inter ipsos vigore debebant, significant; erat id religiosum osculum, quod pietatis, & charitatis significabat, inquit D. Ambrosius lib. 6. Exam. c. 9. pietatis, & charitatis signis sed nunquam hujus sancte ceremonie tempore alterius sexus parcere aliis amplectebatur. Sponsa prima Canticulari capite optat, ut Spousa eam oculo suo dignetur: osculetur me osculo ori sui; sed hoc est figura loquendi ratio, quia sponsa utitur, ut significet se optime: eundem sibi cum suo Spouso spiritum esse, qua in re nihil est, quod rationem, qua erga sum pietatem Confessarius se gerit, purgare possit.

Illa conuenit cum D. Thomas 2. c. 9. 13. n. 4. osculum suippe natura peccatum non esse, & finem tantum, ac circumstantias in causa esse posse, cur malum sit, cum exempli causa cuiusdam presertim alterius sexus osculum libato obviciatum, que inde percipiatur, aut cum oritur scandalum, dum osculus usurpat, aut auditione accipitur Presbyterum passim Matronis, & Confessarium sepe fuisse posse oculatum dare. Jam vero iure praesumti potest, Confessarium, de quo queritur, non nisi volupitate, quam sentit, ac oscularium moverit: quem non videtur ex prece esse iusta causa, cur ita se gemit: atque illa illud haud leue peccatum est, inquit S. Thomas loco citato, propter periculum: & quia Presbyteri, & Confessarii minus, quam facultibus licet huiusmodi blauditiis uti, id etiam illi afferre scandalum potest, qui vident, aut audiunt Confessarium identiter sue posseit oscula ingeneri, presertim cum illa floret erate, sprague totius oris, & corporis dispositione pollet.

Ea de causa queritur alias S. Hieronymus in sua Epistola 22. c. 6. ad Eusebium de custodia virginitatis, cum ajebat Ecclesiasticos ad alios instituendos, & obsequiis exigendum propositos Fominiarum frontem osculari: Clerici ipsi, quos & magisterio esse operantes patris & timori, oscularuntur capit. Breviariorum. Reipublica Directores, qui cum suis parentibus iam libere se gerunt, non possunt gravem eam circumspectionem tueri, que in instituendis tecum res tenuit, aut suam firmatatem servare, aut denique autoritatem, quam Jesus Christus in iporum manibus collocavit, apud parentes obseruantiam conciliare: ad id tamen S. Cyprianus de singulari. Cler. sub fin. Ecclesiasticos cohortatus: severitas in nobis cum feminis, virgines, maternis pallens, vigor tenet, gravitas veneratur.

Frustra porro ait huc Adolescentem se ei in his sui Confessarii blanditias nullum profici iohannelli motum sentire, eundemque Confessarium probis moribus esse, id enim fortissima divini auxili effectus est, utrumque hoc in re insensibilem esse, & præterita vita peccatorum puniatur: aut Deus quidem hanc obsecrationem permittit, inquit S. Augustinus in Psalmum 102. v. 15. ut illi in aliqua graviora errata labantur, unde areptia divine gratia implorante occasione ab illis abstinenter, que malis esse credere noluntur: alii quando enim videris fili Janus, & Egregor, & in eo, quod egredor, & non sentis, medicum non queris, augens morbus, crevit molestia, queritur medicus, & tuum sanas; non crudeliter hoc fecit Deus, sed consilio medicis. Deus propterea, inquit hic Pater, non debet censeri crudelis, aut mali moralis auctor.

Ut res habeat, fatis est, ne culpa vacare dicatur, id quod ipsum, & quod eius Confessarium offendendi Dei occasionem proximam esse, ipam non sine scandalo habet Confessarii sui licentiam pati posse: & quod Confessarium ipsum id cum ejus ministerii sanctitate, & cum ipsius status dignitate pugnare.

Igitur ex his omibus concludendum est, Adolescentem de qua in expositione, suum Confessarium deferendum esse, ut ei in posterum iudendi Dei, & contra sui officii regulas quicquam agendi qualibet occasionem admittat: ad extremum Adolescentulum, & Confessarium id ob oculos habere oportere, quod S. Paulinus in sua ad quendam nomine Severum

Epistola quarti scriptum reliquit, amplectatur inquit hic Episcopus, cum: qui nos calos vult, ut eum osculemur, quique eum Virginem efficit, qui ad eum accedit, eique se conjungit, osculemur, quem osculari castitas est, cuius modestia virginitas est.

Decimus hac die 12. Decembris an. 1695.
G. Fromageau.

Testimonia Patrum citata in proposita facti specie de osculis.

Osculum est cordis motus, qui firmissimum est signum amoris, qui illud ex una perfida veluti educti, ut in aliam transferat; ita ut quo vocabulo apud Gracos significatur amor, eodem itidem osculum significatur: anima, ut ita dicam, egreditur, ut se rei amare conjugat; quamobrem sponsa. Cant. primo cupiens te a fui sponsi animo diligi, sequitur ei alteri conjungi desiderans, sequitur uam eandemque rem cum illo esse volens, non alia ratione animi, cuius tensa patet, quam optando, ut oris sui osculiplam dignetur: osculetur ms. osculo ore sua.

Primi Christiani nominis osculari fideles inter sancta mysteria se in Ecclesia oscularuntur, Viri Viros, Feminas Feminas, omnes in causa argumentum, eratque illud pietatis & religiosum osculum; quamobrem S. Ambrosius lib. 6. Exam. c. 9. illud appellat pietatis & charitatis signum. Non perdit id moris obtinuit, propterea quod, inquit S. Augustinus tom. 4. de anticit. c. 6. corruptio, que adeo naturalis homini est, eus usum sicutavat: osculum osculum causa expiacionis sicutavat, ut se osculari nihil aliud sit quam adulterari.

De Presbyteri osculo quod alterius sexus personam illud dicit potest: ex libav. & Crimen resultat, inquit S. Ambrosius l. de fin. Sac. c. 1. Vix enim fieri potest, ut in personis diversi sexus, que tam prope junguntur, non aliqua turpis flamma exciteatur, que cor depravet, quoniam cor & animus existunt in osculis.

Per decessus & osculum refugiat spiritus padorem, inquit Tertullianus lib. de Virg. cap. 11. loquens de Virgine, que homini nobis eum oscularunt, eique manus porrigit.

Sanctus Paulinus Ep. 4. ad Sever. oscularum, quem osculari causas est: illi copulantes, cui nuptio virginitas est.

S. Hieronymus l. 2. contra Jovinianum, & in vita S. Hieronimianum tangere & ludere cum differentis sexus persona in causa esse pronunciavit, ut castitas amittatur: iactum & jactu esse moribus virginitatis principia.

Callistus Callas, q. c. 26. in vita S. Pauli Heremita cum refecto non modo a feminis confecta sibi caville, sed ne vestes quidem, quibus illis uteatur quibusque se indueret, suis osculis exhibet voluisse: ut non dicam vestum femininem, sed ne vestimenta quidem sexus illius consenserit suo patreveri ossi.

S. Justinus Martyr Ep. ad Zen. permittendum non esse pronunciat, ut nos feminis contingant.

S. Hieronymus Ep. 11. c. 6. Clerici ipsi, quos & magisterio esse operantes patris & timori, oscularuntur capita Maronitarum.

Hinc illud Ciceronis: osculum pars adulterii est.

Huc referri possunt ex Patrum sententiis, Fominiarum sententiis Ecclesiasticos fugiendas esse, eas non sine periculo spectari posse, ad eas tamquam ad ignem esse accedendum. Eccl. 9. cum aliena mortuore ne fedes omnino.

Eccl. 9. v. 9. Speciem ruricis aliens admirari, verebatur facti: collegium enim illius quasi ignis exordiis.

Porta Sancti quique, qui hanc regulam tradiderunt, propter necessitatem, magnamque utilitatem Fominiarum conformatum vitandum esse, qui pati possunt iis osculari dari?

D. Thomas in suo opusculo 64. c. 22. amorem ait plas inter personas graviori periculo obnoxiam esse: Si enim laetus Adolescentulum suum amorem significet, timor, ne ejusamicitia ad malum finem tendat, efficiet, ut illa amplius diffidat, si hujusce causat, ut Confessarium amot pietatis vel teat, quod vehementer est, eo ut etiam periculum magis, & tantoque magis, quod illa, ad se quidam quod attinet, eum a se amari posse judicabit, quem adeo grati animi officiis prosequi debet, & ad Confessarium quod spectat, quem virum dignitate & probitate præstantem putat, ipsum pravo consilio minus duci suscipiat, quippe qui eam spectat, ut pater suum filium spectare solet.

Quod in causa fuit, cur D. Augustinus diceret de Sing. Cler. Nec eo minus fugienda sunt.

G. Fromageau.

Cum Praeceptum, quo filii propriis Parentibus, & Matribus obedire jubentur, generale sit: consequens proinde universum fit, ut iisdem in omnibus obsequi debeat, nec facile legitimas excusationes, quibus ab hac obedientia se eximant, filii suppetere posse. Una tantum est facti species, inquit D. Augustinus, (a) in qua filius Patri parere non debeat, si quid ei nempe præcipiat, quod Domini Deique sui voluntati repugnet. Nec Pater gravate ferre debet, Filium Deo quam sibi parere malle; verum Patri id, quod Deo non adversatur, jubenti, tamquam Deo ipsi filius obedire tenetur, quia cum Patri dicto audientem esse jubet Deus. Hac S. Hieronymi, & S. Thomæ doctrina est; quorum posterior statutu principii loco, obedientiam in iis esse præstandam, ad qua jus superioritatis extenditur. Porro Pater secundum carnem proprii filii ratione superior est in duplice rerum genere: in iis omnibus, quæ in propria familia ad flatum, vitaque rationem pertinent, & in iis, qua bonos mores respiciunt; ita filius matrimonium contrahere non potest, suis Parentibus inconsultis, qua de re alibi; ita etiam super officio, quod amplecti voluerit, debet eosdem confulere, & sic porro.

Verum idemque juris est, cum filius, aut filia in animo habent mundo nuntium remittere, & in aliquem Regularem Ordinem se recipere: Hoc nempe sequens Casus argumentum est. Quoniam vita fratrum, qui tenendus est, electio maximus ad salutem momentum est, & in hac electione non nisi Divina votationis habenda est ratio; necesse rerum consecutione conficitur, non teneri filios suorum parentum voluntatem sequi, cum id agitur, ut Calibarus servetur, ut Clericali militat, vel Regulati Ordini nomen detur, siquidem Dei voluntas est, quo nos debet in hac electionum varietate determinare, atque adeo cavere debemus, ne iis animi motibus, quos caro & sanguis inspiraverint, indulgeamus. Nobis nempe Deus filius tamquam nostra vocations auctor spectandus est, quoniam auxilia, quibus in co statu, ad quem nos pro sua dignatione appellare voluerit, salutem nostram operari valeamus, non a Parentibus, sed ab ipso sunt expectanda; quamobrem committere non debemus, ut parentum nostrorum, qui, quoniam sanctum aliquod vita genus amplectamus, quod a nobis suscipi Deum velle credimus, impedire voluerint, carnali prorsus affectu vincamus. Divus Hieronymus (b) in prima ad Heliодorum Epistola, & in quarta ad Rusticum eam constantiam, atque animi firmitatem, quam in ejusmodi negotiis filii retulit debent, carnem & sanguinem contrementes, suscibus, ac vehementioribus verbis perseguunt, ac demum ita concludit: summum pietatis (Divine scilicet) opus in hac parte crudelem esse . . . per calcatum trans patrem, per calcatum per matrem, & siccis oculis ad vexillum crucis ad pola.

Non ignoro, inquit Petrus Blefensis, (c) parentes tuos in id incumbere manibus pedibusque, ut te avocent, & impediunt, quoniam perfectioris vita status incedunt bona consilia, quæ animo imbibitis, exequaris; tu vero vide, ne dolos parentum affectus in discrimen aliquod te conjiciat, dilato, quod suscepisti, te omnino ad Deum convertendi proposito. Vide etiam atque etiam, ne Patrem tuum, tuamque Matrem ames in iis, quæ cum Domini Nostrí Jesu Christi servitio pugnant, quoniam ob ipsius amorem eos oderis necesse est. Multi propter suorum parentum amorem suas ipsorum animas misere perdiderunt, quandoque eorum occasione amor mundi, quem propemodum in se ipsis extinxerant, novas vires acquisivit; impius nimur est, qui ut Patri ac Matri placeat; animam suam crudeliter excepit, nec ullius major temeritas fuerit, quam se dantis in gravi periculum eorum causa, quos dilit.

C A S U S.

Parentes repugnantes filia volenti Religionem amplecti.

^x Fili liberi sunt, cum agitur de farsa, qui hominem Divinos servio conferant, incedunt.

^z Prost filia, vel invita, ac refragante maatre, apud Crucem Moniales se recipere.

Q U A E S I T U M.

Cum Magdalena, atatis anno 28. ex Tertio Sancti Dominici Ordine, aptam occasionem dandi nominis inter Crucis Moniales nostra effet, quod ex longo jam tempore in votis habebat: oblitus Mater, inquiens ea sibi opus esse, ut fibi ad vitam sustentandam præstet, sit suæ fætus, neque fætus intus, ut lacrymas, quibus Pater, & Mater nos detinere conantur, fæcis oculis intussum, atque adeo quemcumque ad id obtinendum, ut ab illis minime recedamus, amoris argumenta edicunt, contemnamus: si profrater, inquit, in limine jacere posse, si nudato sum, quibus te latet, nostra mater ostendat, per calcatum &c. Filius porro ita se generis argui non posset, quod cum parentibus durus ageret, immo vero maxime laudans pietate duci confundetur, qui omnium nihil peineret, ut Crucem amplectetur, atque adeo ejus vexillum fecutus viveret, ac moretetur, hoc et alparat, & que posseint decet, vita rationem fulciperet, ut propriam falcatum in tuto ponere.

Et sane Theologi, post D. Thomam, unanimi sententia statunt, filium familias, qui quidem perfectum rationis ultimam obtinuerit, eligendi sibi status plena cunctoraque potestate gardere, præferent cum eis electio ad Dei servitum referunt, & contra suorum quoque parentum voluntatem agere posse, siquidem eum impedire, atque avocare voluerint. Quia post annos puberatis, inquit Sanctus Thomas, (d) quilibet ingenius libertatem habet, quoniam ad ea, quæ pertinent, ad disponitum sui status, præferunt in his, quæ sunt divini obsequi.

(e) Petrus Blefensis epist. 11. ad R. Clericum.

(d) S. Thom. 2. 2. q. 3. S. Th. quodlibet a. 9. in corp.

(e) S. Thom. 2. 2. q. 3. S. Th. quodlibet a. 9. in corp.

f. 7. p. 78.

P. A.

sequi. Sane S. Doctor antea dixerat, filium ita tum solum agere posse, cum parentes non ea necessitate premuntur, ut ejus opera maxime indigent: si vero non sicut in tali necessitate, ut filiorum obsequio multum indigent, possunt praeferimur parentum obsequio filii Religionem interire, etiam contra praeceptum parentum, &c.

Hoc posito, & ut ad rem accedamus non videtur omnino improbari posse Magdalena consilium, volentis apud Crucis Moniales feliciter recipere, quanvis obicit Mater, ut eam secum retinet; ea quippe in nulla proflua indigentia versatur; ac si forte in indigentiam inciditur, est ei filius, qui eidem, & quidem haud difficulter opem afferre potest. Præterea Magdalena præter generalem rationem, perfectior scilicet

inceps vita, quam fere in humana hinc societate iniri licet, alia peculiares cause præsto esse possunt, quas illa, ut certo ponitur, suo Directori declaravit, quibusque dicitur ad eam adoneam vita rationem suscipiendam, quæ ei se offert, quamque jamdum exoptat, ut nempe ad Crucis Moniales se conferat, atque ita certa quedam pericula effugiat, quibus ejus salus obnoxia est.

His ita se habentibus, postquam Magdalena nil reliqui fecerit, ut Matris confusum obtineat, si tamen id alesque nequerat, potest, atque adeo debet, ea vel relutante iner Crucis Moniales, que ipsam excipere possunt, suum nomen dare.

Decimanum Parisiis hac die 29. Decembris an. 1701.

G. Fromageau.

P A R O C H I .

PArochus est Clericus, qui spiritalem curam possidet, videlicet Beneficium cum animarum cura. Gravissimo semper consilio sua est Ecclesia in iis eligendis, quibus Fideles concrederet; volviturque eos summopere callere sacras litteras, & Concilia, ut possint pro concione explicare, & docere dogmata, quæ in iis continentur, adeoque prætre populis tum veritate fidei, tum morum integratæ. Coelestinus Pontifex in Canone, *Nulli Sacerdotum*, dist. 38, pronunciat haud fas esse Presbyteris in Canonum ignoratione versari, aut quæcum agere regulis absonum, que nobis a Sanctis Patribus præscripta sunt. Sircius Pontifex Epist. 1. ad Hierosolimam Tarracon. cap. 15, docet rotundis verbis nemini Presbyterorum licere sanctæ Sedis Apostolicæ Constitutiones, aut venerabilia facrorum Canonum Decreta ignorare. Porro quod hac in re de Presbyteris omnibus dicitur, potiori sane ratione intelligendum est de Parochis, qui proprii statu ratione, suffisque obligationibus satisfaciendo cupiditate eo adduci debent, ut sacras litteras, si ita loqui licet, in succum & sanguinem convertant pro sua ipso, popolorumque sibi concreditorum utilitate, eamque sanctorum Canonum notitiam comparent, que ipsis ad subditorum suorum conscientias cum fructu dirigen-
tas inferiat.

Prioribus Ecclesiæ scilicet nullum aliud nomen Parochis tribuebatur, quam Presbyterorum certi cuiusdam tituli; ac deinde dicti sunt Cardinales, ut secererentur a Presbyteris, qui Ecclesiæ, quibus defervebant additi non erant, quique ad eas tantummodo certi diebus, aut ad tempus ab Episcopo mittebantur. Hoc Cardinalium nomen significabat eos toto vita tempore suis titulis addictos esse, quemadmodum janua cardinalibus conjuncta est. Tum Presbyterorum Cardinalium titulus iis peculiariter tributus est, qui in Urbis versabantur; ac denum id nominis in Romana tantum Ecclesia utpote antiquæ Traditioni ceterarum maxime addicta permanuit, & ad Episcopos Papæ Suffraganeos devenit, quia ad eligendum Ecclesiæ caput cum Romana Ecclesia unum idemque corpus constituerunt. Et quoniam aderant olim Diaconi in Titulis aut Oratoriis, quæ digna non erant, quæ a Presbytero occuparentur, illi quoque Diaconi Cardinales sunt appellati. Hæc loquendi ratio vulgo obtinebat sancti Gregorii Magni temporibus, & rotius Ecclesiæ Latina communis erat; & in Romana quidem Ecclesia servata est, in qua Cardinales Diaconi una cum Cardinalibus Presbyteris sacram Collegeum componunt, & cum iis ad Papæ electionem concurrunt; quod argumento est Cardinales a Parochis suam originem ducere.

Hi Presbyteri Cardinales, quos hodie Parochos nuncupamus, subsecutis temporibus evasere parti veluti Episcopi, prout fidelis populus augebatur. Permissi sunt in propriis Titulis Missas dicere, at proinde concionem habere, baptisma quoque conferre diebus solemnibus, id quod tamen non obtinuit ubique gentium. Aderant enim Baptismales Fontes in aliquibus tantum primariis Ecclesiis, que Plebes appellabantur, quibusque qui præter Presbyter, dicebatur Plebanus, quod nominis adhuc aliquibi perdurat. Ab harum Baptismalium Ecclesiæ singulis pendebant multa Oratoria seu minores Parochia. Ad omnes quoque Parochos pertinebat pueros ante & post Confirmationem erudire, mores corrigerere, peccatores convertere, Confessiones audire, occultam penitentiam imponere, agrotantes invisere, iis Extremam Unctionem & Vaticum administrare, ac sepulturam tribuere. Videri potest de Parochorum obligationibus Capitulare Theodulii Aurelianensis Episcopi scriptum saeculo VIII. ad finem ver-
gentem.

Possunt etiam illi matrimonia benedicere. Tantummodo Confirmationem, & Clericorum Ordinationem ad Episcopum pertinet. (a) Post quoque Parochus auctoritate propria creare Psalmistam aut Chori Praefatum, non autem Acolyrum, aut Subdiaconum. Decimo circiter seculo usque ad Jurisdictionem contentiolas Parochi potestatem suam extenderunt, eaque per annos plus quam 300. positi sunt. Romana Ecclesia Cardinales eam servaverunt cum pluribus aliis juribus olim omnium Parochorum com-
munibus.

Ruri porro aderant Chorépiscopi, quorum usus in Oriente quarto seculo multis erat. Serius in Oriente ceperunt, & citius desierunt. Erant illi Vicarii foranei, nempe Presbyteri satis ampla facultate insigniti, qui ruri plerasque Episcopi functions obibant. Episcopi VIII. faculo remissis agentes tradiderunt omnia Chorépiscopi, atque adeo Ecclesiæ Confectionem, & Clericorum majorum Ordinationem; quod in causa fuit, ut illi Leonis III. & Caroli Magni temporibus abolerentur.

Theologi Parochos tamquam sexaginta duorum Discipulorum successores nobis proposuerunt, eosque juris divini esse crediderunt. Ita sentit Facultas Theologica Parisiensis. Post VIII. Parochia Monasteris & Capitulis unita sunt; verum licet subsecutis temporibus a Parochiarum administratione Monachi exclusi fuerint, Regulares tamen Canonici in possessione jure persistere non desisterunt. Capitula & Monasteria, quæ Curas habent, nominare tenentur. Vicarios perpetuos, qui sunt in titulum, Primitivi tamen Parochi sibi titulo reservato. Et quoniam difficile factu est, ut Communites omnino spolientur omnibus bonis & commodis, quibus ante gaudebant, quin vel minimam partem retineant, ideo plura Capitula, atque adeo aliquæ Communites Regulares sibi servarunt hoc jus Parochi Primitivi, partim quidem cum juribus simpliciter honorificis, partim vero cum juribus utilibus simul atque honorificis. Scilicet ad hanc jura exigunt ratio Parochi Primitivi; primo loco ob ea jura percipiuntur oblationes, aut percipiuntur earum pars, quæ statim diebus solemnibus sunt; secundo loco celebratur Parochialis Missa

(a) Concil. Carthag. 4. c. 10. Conc. Lab. pag. 1290.

P A R O C H I .

Missa diebus Paschatis, Natalis, Pentecostes &c. totumque iis ipsis diebus Officium peragitur, quemadmodum etiam die Festo Patroni Ecclesiæ tertio loco percipiuntur Parochia Decima aut omnino aut ex parte. Videri potest, *Collectio Recriptorum ad Primitivos Parochos pertinentium typis edita Parisiis an. 1675.* hoc titulo, „Jus scriptum & iudicatum inter Parochos Primitivos, & eorum Vication perpetuos.

Parochi debent Episcopo se sistere, ut examen subeant, & in propriis Parochis ejus auctoritate instituantur; Communites Regulares exemptæ, quæ Parochias habent, in quibus Parochorum Primitivorum titulo gaudent, in iisdem Parochiis retinere debent Vicarios perpetuos, qui cum congrua sufficienti portione ab Episcopis instituentur. Parochorum & Vicariorum perpetuorum ejusmodi obligaciones, & eodem tempore jura sunt. I. (a) Juxta Tridentinam Synodum debent præ manibus habere librum, in quo describant nomina conjugum, tertiisque, diem & locum initi matrimonii, quem quidem librum sedulo custodiunt necesse est; eadem est ratio Sacramenti Baptismatis. II. (b) Qui ad spiritalem curam, aut Ecclesiæ Parochialem, aut gratiam, ut ajunt, expectativam aspirat, nisi saltu mediocriter calleat idioma, seu lingua loci, in quo existit eadem Ecclesia, Provisions, Mandatum, & gratia expectativa nihil ei proderunt. III. Urbium muro septant Parochi gradu insigniti esse debent juxta Sancta Decreta & Concordata. IV. Tum Urbium, tum aliorum locorum Parochis servantur jura oblationis, & alia jura Parochialia, quibus gaudent confieverunt secundum antiques & laudabiles mores, non obstante Aurelianæ Constitutione, cui Blenensis Constitutio derogavit art. 51. V. Dispositiones ultime voluntatis & Testamenta a Parochiis aut Vicariis excipi possunt, quanvis in iis pia opera legata sint, dummodo eadem non sint in favorem ipsorum, aut eorum confanguineorum, ea conditione, ut current testatoris & testium nomina subscribenda, (c) aut mentionem facient interpolationis a te facta testatori ac testibus, ut subscriverent, caufamque afferant, cur id non præstiterint, juxta Constitutiones, haud violatis tamen consuetudinibus & communibus disciplinis locorum requirientiam aliam seu maiorem solemnitatem pro loci jure seu scripto seu consuetudinario. VI. Ii, quibus de Parochiis provisum fuerit, in Curia Ecclesiastica Promotores aut Officiales esse non possunt, aut ullam Præbendam, aliudve Beneficium possidere, cujus gratia ab actuali residentia ablinere possunt; quia Parochus debet ipse per se Beneficio suo defervire, non debet illud Vicario committere, nisi dictum Beneficium sit cum Annexa aliquo Dignitatis aut Præbenda, & hoc in casu collocare debet Vicarium perpetuum, qui canonice sit institutus, & qui ex eodem Beneficio portionem congruam percipiat.

Parochi obligari videntur ad residentiam Jure Divino & Ecclesiastico sub mortalis peccati poena, & propere teneri Beneficiorum suorum fructus restituere pro ratione temporis eorum absentia, applicando Fabrica propria Ecclesiæ, aut Parochia pauperibus, quin necesse sit ullam Superiorum sententiam intercedere. (d) statuit etiam Tridentina Synodus, ut prater privationem fructuum ex Beneficiis perceptorum polint ab Episcopis citari, & adigi ad residendum centuris Ecclesiasticis, sequestratione ac subtractione fructuum, alisque remedii juris, atque adeo proprii Beneficii privatione, si forte contumaces & inobedientes extiterint. Neque vero satis est ad residentia obligationem implendam eos corpore tantum praesentes esse; sed præterea necesse est eos ad Officium suorum functiones indesinenter incumbere; ut proinde si ipsi per se, cum possint, suum munus non obeat, siveque Vicaris acquiescent, omnino peccent, quanvis in suis Beneficiis resideant, quia juxta Concilium suas oves pacere, atque altera divino precepto tenentur. Igitur præter Christianam Charitatem, urgentem necessitatem, obedientiam, quæ propriis Superioribus prætendit, & evidentem Ecclesiæ aut Status utilitatem nulla alia legitima causa esse potest, cur Parochio concedatur ea venia, ut absit a Beneficio; oportet etiam, ut eas rationes Episcopos cognoscat & approbet, ac tunc quidem tenetur ille in sua sede Vicarium ponere, congrua portio-
ne ejus sustentationi affigata.

C A N O N I C I .

Vide
(b) SIMONIA.
(c) BENEFICIUM.
(d) CONFESSARIUS.

C A S U S L .

Parochus incumbens ad Domini sui negotia.

Parochus, qui Domini sui Parochia negotiis aliquam operam navas, pauperibus, & Religioni magna pere prodit, sua conscientia parochi in successo consilio perficeret, id proferit probantribus Episcopo, Vicario generali, & Confessario, qui cum inuis & in cœlo norunt.

Q U A X S I T U M .

Clericus inferioris Occitanie studiis in Sorbona operam navas, cum Baccalaurei gradum adeptus esset, petendas curavit ab Episcopo diffidit literas, quo promoveretur ad Ordines, si Prelato ita videbatur. Annuit Episcopus, qui eum poverat, ex lege, ut statim ac sacerdotio insignitus esset, laborandi gratia ad suum Diocesum redire, ubi ejus opera valde opus erat propter R. P. R. Vix Presbyter creatus erat, cum Parochus ejus amicus prope Lutetiam ipsum rogavit, ut, quod agrotaret, ejus Parochiam administraret; id ille amplexus est; ut ad exequenda Episcopi sui mandata se compararet, ad Curiales functiones incumbens; ac per id tempus, quod brevi fuit, non semel, dum sacram faceret, a Deo petit, ut quod primum sedes sibi offerretur, etiamque ruri sita esset, ejusque prouentus esset liberum non amplius 200. perdiuersum habens eam nimis esse, ad quam a Deo vocaretur.

Loci Dominus, qui norat Clericum, quicun ad studia incubuerat, cum Parisii querendum curavit, rogandumque, ut, cum ibi nulla Parochia domus esset, sedem pones in Castelli, quod Parochis domicili loca erat a multis facili, sperans id quecumcausa fore, ut ille eam curam suscepere, quam re ipsa suscepit.

Hic igitur Clericus in Occitaniam profectus Parochia recens conversorum plene possessionem invit, cui cum biennii aut triennii spatio defervisset, loci Dominus, qui eo venerat, atque Idiomate. Henr. II. Declaratione diei 9. Maij an. 1551. Edid. Molendinense art. 27. (e) Conf. an. 1627. art. 4. (d) Concil. Trid. l. 23. c. 1.